



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **De Archicancellariis Sacri Romani Imperii Ac Cancellariis Imperialis Avlae**

**Mallinckrodt, Bernhard von  
Monasteri[i] Westphaliae, 1640**

Ferdinandvs I Imperator.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11835**

Ludouici fratris Elector & Archidapifer, \*qui isto & præcedētibz annis Im- \*sui nomi-  
perialis regiminis Præses fuit, uti tum ex *Actis* illorum temporum Imperia- nis *secun-*  
*libus*, tum etiam ex *vitâ* dicti Principis ab *Huberto Thomâ Leodio* conscriptâ, & *duo*,  
paucos ante annos publici iuris factâ notissimum est. Allegata hæc tria Pri-  
uilegia *Limnæus* recenset *lib. 7, cap. 4, & 56.*

## FERDINANDVS I Imperator.

Ferdinandi I, non tantum regni Romani, sed etiam Imperij tempore, Iu-  
stus Ionas (Iacobum vocat, sed erroneè, Ederus) Vice-Cancellarius *Iustus Iona-*  
fuit; de quo præterea quæ referam necdum habeo. Mortuus tamen is fuit, *nas.*  
sub ipsa imperantis Ferdinandi primordia, an. 1559, 29 Decemb. Ederus in *Ca-*  
*talogo Viennensium Rectorum* vocat IC celeberrimum, ac fidelissimū illius A-  
cademiæ fautorem & Patronum. In eius substitutus locum est ille ipse Sel- *Georgius*  
dus, qui apud fratrem tenuerat eundem dignitatis gradum, ut dixi. Seldo *Sigim.*  
missionem impetrante, acceptâque rude in Bauariam ad arces suas conceden- *Seldus.*  
te, Cancellariæ regendæ pondus, quo se ille exonerauerat, Ioanni Bapti- *Ioan. Ba-*  
stæ VVebero impositum fuit an. 1564. Fuerat is prius Imperialis apud Spirâ *prius VVe-*  
Camera Assessor; *Kirchn. de Cancell.* deinde Bauariæ Ducis in Landshutano re- *berus.*  
gimine Consiliarius; unde Ferdinandus illum, famâ facundiæ & prudentiæ  
eius motus, exciuit: *Henr. Pant. al. tom. 3, pag. 505.* Extant apud *Goldast. tom. 1, pag.*  
581 & 582, literæ Ferdinandi, anni 1564, ab hoc Webero & M. Singmosero  
subscriptæ: cuius generis plures & alibi passim obuiæ sunt. Supremus huius  
Cæsaris Cancellarius fuit, sed ante Imperium; obiit enim anno 1539, Bern-  
ardus Clesius Episcopus Tridentinus, ac postmodum S R. Ecclesiæ Car- *Bernardus*  
dinalis: ad quem extant complures Erasmi Epistolæ; eidemque Irenæum an. *Clesius*  
1536 à se editum inscripsit. de quo inter Cardinales Germanicos aliqua dicen- *Card. Epif.*  
tur. Ab Epistolis Latinis per integrum decennium huic placidissimo Prin- *Tridenti-*  
cipi inseruijt Iacobus Spigelius Wimpelingij doctissimi ac integerrimi *nus.*  
Theologi è sorore nepos, qui diuersis scriptis eruditorum ordini probatis, ac *Iacobus*  
inter cetera in Guntherum & Richardum Bartholinum commentarijs elu- *Spigelius.*  
cubratis, sibi nomen fecit. Primus fuisse celebratur, qui Lexicon Iuris edide-  
rit. In eius dedicatoriâ scribit successisse sibi in isto Secretariatu Ioannem Ma- *Ioan. Ma-*  
ium, vterinum fratrem suum; cui deinceps successor datus sit Adamus Caro- *ius.*  
lus, ille ipse, cui dictum Lexicon inscripsit, quemque Ferdinandi Cæsaris La- *Adamus*  
tino Scrinio præfectum appellat. *Carolus.*